

Matthew 25: 20-21

DÓMINE, quinque talénta tradidisti mihi: ecce alia quinque superlucrasti sum. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam: intra in gaudium Domini tui.

TUA sancta sumentes, quaesumus, Domine, ut beati Apollinaris nos foveant continuata praesidia: quia non desinis propitius intueri, quos talibus auxiliis concesseris adjuvari. Per Dominum.

PRESTA, quaesumus, omnipotens Deus: ut, de perceptis muneribus gratias exhibentes, intercedente beato Liborio, Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

COMMUNION

Lord, Thou deliverest to me five talents, behold I have gained another five over and above. Well done, good and faithful servant; because thou hast been faithful over a few things, I will set thee over many things: enter thou into the joy of thy Lord.

POSTCOMMUNION

Receiving Thy holy mysteries, we beseech Thee, O Lord, that the continued protection of blessed Apollinaris may comfort us; for Thou dost not cease to regard mercifully those to whom Thou hast granted such aids for their assistance. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Liborius

Grant, we beseech Thee, almighty God, that, we who give thanks for the gifts which we have received, may through the intercession of blessed Liborius, Thy Confessor and Bishop, obtain still greater blessings. Through our Lord.

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

ST APOLLINARIS

July 23

Daniel 3: 84-87 INTROIT

SACERDOTES Dei, benedicite Dominum: sancti, et humiles corde, laudate Deum. *Ps.* Benedicite, omnia opera Domini, Domino: laudate et superexaltate eum in saecula. Gloria Patri.

O ye priests of the Lord, bless the Lord: O ye holy and humble of heart, praise God. *Ps.* All ye works of the Lord, bless the Lord, praise and exalt Him above all for ever. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, fidelium remunerator animarum, qui hunc diem beati Apollinaris Sacerdotis tui martyrio consecrasti: tribue nobis, quaesumus, famulis tuis: ut, cujus venerandam celebramus festivitatem, precibus ejus indulgentiam consequamur. Per Dominum.

O God, the rewarder of faithful souls, Who hast consecrated this day to the martyrdom of blessed Apollinaris, Thy priest: grant us, Thy servants, we beseech Thee, that, as we observe his venerable feast, we may obtain forgiveness through his prayers. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Liborius

DA, quaesumus, omnipotens Deus: ut beati Liborius. Confessoris tui atque Pontificis veneranda solemnitas, et devotionem nobis augeat, et salutem. Per Dominum.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that the august solemnity of Thy blessed Confessor and Pontiff, Liborius, may increase our devotion and promote our salvation. Through our Lord.

I Peter 5: 1-11

EPISTLE

CARISSIMI: Seniores, qui in vobis sunt, obsecro, consenior et testis Christi passionum: qui et ejus, quae in futuro revelanda est, gloriae communicator: pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coacte, sed spontanee secundum Deum: neque turpis lucri gratia, sed voluntarie: neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibi-

Dearly beloved: The ancients that are among you I beseech, who am myself also an ancient and a witness of the sufferings of Christ; as also a partaker of that glory which is to be revealed in time to come; feed the flock of God which is among you, taking care of it not by constraint, but willingly according to God; not for filthy lucre's sake, but voluntarily; neither as lordling it over the clergy but being made a pattern of the flock from the heart: and

lem glóriæ coronam. Similiter adollescētes, sūbditi estōte seniōribus. Omnes autem invicem humilitātem insinuāte: quia Deus supērbis resisit, humilibus autem dat gratiam. Humiliāmini igitur sub potēti manu Dei, ut vos exāltet in tēpore visitatiōnis: omnem sollicitūdinem vestram projiciētes in eum, quōniam ipsi cura est de vobis. Sōbrii estōte, et vigilāte: quia adversārius vester diābolus tamquam leo rūgiens circuit, quærens quem devoret: cui resistite fortes in fide: sciētes eādem passiōnem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitātī fieri. Deus autem omnis grātiæ, qui vocāvit nos in ætērnā suam glōriam in Christo Jesu, mōdicum passus ipse perficiet, confirmābit, solidābitque. Ipsi glōria, et impērium, in sæcula sæculōrum. Amen.

Psalm 88: 21-23

INVĒNI David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortābit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitātis non nocēbit ei.

Psalm 109: 4

ALLELŪIA, alleluia. Jurāvit Dōminus, et non pœnitēbit eum: Tu es sacērdos in ætērnū secūndum ordinem Melchisedech. Alleluia.

Luke 22:24-30

IN illo tēpore: Facta est contēntio inter discipulos, quis eōrum viderētur esse major. Dixit autem eis Jesus: Reges gēntium domināntur eōrum; et qui potestātem habent super eos, benēfici vocāntur. Vos autem non sic: sed qui major est in vobis, fiat sicut minor: et qui præcēssor est, sicut ministrātor.

when the Prince of pastors shall appear, you shall receive a never-fading crown of glory. In like manner, ye young men, be subject to the ancients: and do ye all insinuate humility one to another; for God resisteth the proud, but to the humble He giveth grace. Be you humbled therefore under the mighty hand of God, that He may exalt you in the time of visitation; casting all your care upon Him, for He hath care of you. Be sober and watch, because your adversary the devil, as a roaring lion, goeth about, seeking whom he may devour. Whom resist ye, strong in faith, knowing that the same affliction befalls your brethren who are in the world. But the God of all grace, Who hath called us unto His eternal glory in Christ Jesus, after you have suffered a little, will Himself perfect you, and confirm you, and establish you. To Him be glory and empire for ever and ever. Amen.

GRADUAL

I have found David My servant, with My holy oil I have anointed him: for My hand shall help him, and My arm shall strengthen him. The enemy shall have no advantage over him; nor the son of iniquity have power to hurt him.

ALLELUIA

Alleluia, alleuia. The Lord hath sworn, and He will not repent: thou art a priest forever according to the order of Melchisedech. Alleluia.

GOSPEL

At that time, There was a strife among the disciples, which of them should seem to be greater. And Jesus said to them: The kings of the Gentiles lord it over them; and they that have power over them, are called beneficent. But you not so; but he that is the greater among you, let him become as the younger; and he that is the leader, as he

Nam quis major est, qui recūmbit, an qui ministrat? nonne qui recūmbit? Ego autem in mediō vestrum sum sicut qui ministrat. Vos autem estis, qui permansistis mecum in tentatiōibus meis: et ego dispōno vobis, sicut dispōsuit mihi Pater meus regnum, ut edātis, et bibātis super mensam meam in regno meo: et sedeātis super thronos, judicāntes duōdecim tribus Israhēl.

Psalm 88: 25

VERITAS mea, et misericōrdia mea cum ipso: et in nōmine meo exaltābitur cornu ejus.

RĒSPICE, Dōmine, propitius super hæc mūnera: quæ pro beāti Sacerdōtis et Mārtyris tui Apollināris commemoratiōne deferimus, et pro nostris offensiōibus immolāmus. Per Dominum.

SANCTI tui, quæsumus, Dōmine nos ubique lætificent: ut, dum eōrum mērita recōlimus, patrocīnia sentiāmus. Per Dominum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplicii confessione dicentes:

that serveth. For which is greater, he that sitteth at table, or he that serveth? Is not he that sitteth at table? but I am in the midst of you, as he that serveth. And you are they who have continued with Me in My temptations: and I dispose to you, as My Father hath disposed to Me, a kingdom: that you may eat and drink at My table in My kingdom, and may sit upon thrones, judging the twelve tribes of Israel.

OFFERTORY

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

SECRET

Graciously look down upon these gifts, O Lord, which We bring in remembrance of Thy blessed priest and martyr, Apollinaris, and offer up for our offenses. Through our Lord.

COMMEMORATION of St Liborius

May Thy saints, we beseech Thee, O Lord, everywhere make us joyful, that, while we venerate their merits, we may experience their patronage. Through our Lord.

COMMON PREFACE

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise: